

privilegia secundum diversa regnantium tempora ecclesie
Salzburgensi ab eis collata. postulavit instanter. ut eadem
privilegia nostri munere precepti renovaremus. iura quoque
et possessiones quibus eisdem faventibus prefata ecclesia munita
videbatur et aucta. ei per nostram auctoritatem concedere-
mus atque confirmaremus. Hunc itaque ut clarum princi-
pem imperio religionisque et prudentie dono venerabilem. et
nobis naturalis affectu dilectionis familiarem in suis tam
congruis et honestis petitionibus honorare cupientes nostre-
que saluti et parentum nostrorum consulentes. perspectis
diligenter et intellectis prefatis antecessorum nostrorum
privilegiis traditiones. indulta precepta que illis sunt fori-
ptis reperta. sicut ibi continebantur ita nos ea presenti
nostrae maiestatis privilegio inseri iussimus. ac eas se-
cundum benignitatem et instituta predecessorum no-
strorum prenominato archiepiscopo eiusque in per-
petuum successoribus et ecclesie Salzburgensi tradi-
mus. concedimus. et nostre auctoritatis robore confir-